



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
propriarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel**

**Francofurti Ad Moenum, 1690**

Capvt Vnic. (a) Gregorius IX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74526)



de servit. urban. prad. l. si quis sepulchrum, ff. de relig. l. die 25. ff. de positi, l. i. §. qui autem, ff. de elocis, l. 4. de manus. vindict. l. qua-  
situm, ff. qui a quibus, l. cum hic status 32. §. si

maritus, ff. de donat. inter, l. qui a servo 16. ff. de obl. & act. l. ei a quo 21. ff. de usucap. l. 2. C. de prescrip. 30. l. 7. §. Julianus, ff. communi divid. l. 2. de con-  
dict. trincar.

## TITULUS XV.

### De commodato.

## CAPVT VNIC.

(a) Gregorius IX.

**C**um gratia sui tantum quis commodatum accepit, de levisima etiam culpa tenetur, licet casus fortuitus (nisi acciderit culpa sua, vel intervenerit pactum, seu in mora fuisset) sibi non debeat imputari. Contra eum quoque recte commodati non agitur, nisi post usum (b) expletum, cuius gratia res fuerat commodata, cum non decipi beneficio nos oporteat, sed adjuvari.

### NOTÆ.

(a) **G**regorius IX. Qui presentem constitutionem quoad ejus primam partem, transcripsit ex l. si ut certum, §. commodatum, ff. commodati: quoad posteriorem ex l. si in commodato, §. sicut, ff. eodem.

i.

(b) **U**sus expletum. Commodatum enim est contractus, quo res propria ad certum usum gratis conceditur, l. 5. §. nunc, ff. commodati, §. cui, Instiut. quibus modis re contrahitur, ut docent Cujacius in parat. ad titulum commodati, Duarenus ad eundem titulum capite 1. Gomez tom. 2. var. cap. 7. numero 1. Martinus Deltio in l. contractus, capite 8. de regul. jur. Donellus lib. 14. comment. capite 12. Dicitur gratis, quia si merces interveniat, locatio est, idcirco commodatum beneficium appellatur in l. in commodato 17. §. sicut, ff. commodati. Dicitur ad usum, quia per commodatum res tantum datur ad utendum, ideoque commodatarius non possidet sibi, sed domino, l. si pignore 22. ff. de pignorat. action. l. officium 9. ff. de res vind. l. 3. §. ultimum cum l. sequenti, ff. ad exhibend. l. rei commodata 8. ff. commodati. l. videamus 38. §. si possessionem 10. ff. de usur. l. 1. §. quod autem 33. ff. de vi & vi armat. l. servus 36. ff. de conduct. indeb. licet in contrarium expendi soleant textus in l. qui a servo 16. ff. de obl. & act. l. 71. ff. de furtis, l. penult. §. 1. ff. de auro & argent. Usus autem interdum diffinitur certo modo, & fine, l. in commodato 17. §. sicut, ff. commodati. Modo quidem, ut cum equus gestandi causa commodatur, ut ad villam, aut bellum ducat, l. 5. §. sed interdum, l. qui re 76. ff. de furtis. Ad modum quoque pertinet, quod interdum res estimata datur utenda, l. 5. §. 3. ff. commodati, & l. 7. §. 5. ff. de donat. inter vir. Fine vero definitur usus, quia certo fine dantur

res commodatarie, exempli causa, ut eas creditori suo pignori det, l. 5. §. 12. ff. commodati. l. 3. C. eod. l. 17. ff. de pignorat. si commodet ludis edendis, l. si ut certo, §. interdum 10. ff. commodati. Aliquando etiam dicitur gratia pecunia numeratur, l. 4. ff. commodati, quam explicant Desiderius Heraldus lib. univ. emendat. capite 14. Covar. lib. 4. var. capite 8. Alciatus lib. 4. disputat. capite 15. Foreatulus dial. 7. Corraius lib. 4. miscel. capite 8. Cozzanius lib. 7. comment. capite 3. Antonius Augustinus 2. emend. capite 6. Duarenus lib. 1. disputat. capite 14. Valconcellos lib. 2. respons. capite 6. Lælius Bileciola lib. 18. horar. success. capite 12. Et licet in mutuo pecunia concedatur ad usum, valde tamen differt a commodato. Tum quia ex mutuo transfertur dominium, non vero ex commodato, l. 8. §. 9. ff. hoc titulo. Tum quia mutuo dari possunt tantum res quæ functionem recipiunt; commodari autem possunt omnes res corporales & incorporales, l. 1. ff. hoc titulo, l. 17. ff. de prescrip. verb. docent latè prosequentes naturam, legesque hujus contractus, Julius Pacius in tract. de commodat. Duarenus ad titulum ff. commodati, Donellus lib. 14. comment. capite 26. Chelius interpret. jur. capite 45. Hothomanus lib. 1. amicab. capite 21. Bocerus tom. 1. disputat. 9. Treutlerus volum. 1. selectar. disp. 24. ubi Bachovius, & Helfricus Hunnius: ad quem commodati contractum spectat textus in l. quod autem 7. §. si maritus, et 2. de donationibus inter; cuius litteram emendat Faber lib. 7. conjecturar. cap. 6. & textus in l. 1. §. vel depositi, l. 1. de prescrip. verb. l. si rem 47. de acquir. possession. l. 9. in princip. de duob. reis, l. 2. de fidejussoribus, l. 71. de furtis, l. si uxori mundus, penult. §. cum ita legatum 1. de auro & argento legat. l. 18. §. 3. de dolo, l. servus cuiusdam 36. de conduct. indeb. l. si cum vendet,



deret, §. 1. ff. de pignorat. l. 3. ff. de periculo, l. illud 13. §. 1. ff. de liberal. causa, l. 1. §. final. ff. de positi, l. final. ff. ad leg. Aquilam, l. qui a seruo 16. ff. de obl. Et act. l. eadem 9. ff. de duobus reis, l. 1. C. de furto, l. 2. C. de fideiuss. l. 7. §. si maritus §. ff. de donat. inter, l. officium 9. ff. de rei vind. l. 3. §. gehera, l. si rem 47. ff. de acquir. possess. l. 1. in fine, ff. de praescrip. verb. l. item 11. §. penult. ff. ad leg. Aquilam, cum l. 2. ff. si quaedam drapa, l. arbitrio 18. §. 3. ff. de dole, l. seruis 36. ff. de condit. in ob. l. 1. ff. de estimatoria, l. L. n. cum 24. ff. de positi. Ex hoc contractu mutua nascuntur obligationes, totidemque actiones, ut constat ex rubrica commodati, vel contra. Primò enim qui commodavit, tenetur ad omnia damna, quae inde eveniunt commodatario, ex eo, quod rei commodata vitia tacuit, l. in commodato, §. sicut, l. in rebus, §. nem quis sciens, l. penult. ff. commodati, & etiam tenetur expensas eas solvere, quas fecit commodatarius in rei commodata conservationem. Secundò qui commodavit, non potest revocare commodatum ante tempus, aut usum completum, ad quem concessum fuit, l. in commodato, §. sicut, ff. hoc tit. quod adeò verum est, ut si ille, qui commodavit, decedat, nec ejus haeres commodatum ante tempus revocare valet, argumento legis 4. ff. locati 3. quod magna aequitatis ratione nititur, ut sicut commodatarius nequit retinere commodatum ultra tempus sibi concessum, nec uti re commodata ad alium finem, quam sibi permissum, alioquin furtum committit; ita nec commodans rem suam repetere potest ante tempus concessum, cum commodatarii praesudicio. Commodatarius autem tenetur primò restituere rem commodatam expleto tempore, aut usu ad quem concessa fuerat, nec expectandum est, an repetatur à commodatario, quia dies ipsa interpellat pro homine, l. magnam, C. de contrahend. stipul. l. 2. C. de iure emphyt. cap. ultim. de locat. Si autem commodatarius sit in mora, & sequatur sententia condemnatoria ob contumaciam, succedit obligatio non solum in ipsam rem, verum & in ejus aestimationem, l. non absere, C. unde vi.

COMMENTARIUM.

**E**X hoc textu talis deducitur assertio: Commodatarius tenetur prestare non solum culpam latam, verum etiam levissimam, non vero casus fortuitos, nisi in mora sit, aut pactum interveniat, quo ad eorum praestacionem obligetur. Quae sententia à Gregorio in praesenti relata probatur ex l. 14. §. an pater, & §. item, ff. de furto, l. seruis, §. circa commodatum, eod. tit. l. 13. de liberali causa, l. 3. §. redacta, l. si in certos §. nunc videndum, l. in rebus 18. ff. commodati, l. ff. seruis 61. §. circa, de furto, l. contractus 23. ff. de reg. jur. l. quastum 8. §. 3. ff. de precario, l. si cum venderet, 13. §. 1. ff. de pignorat. l. 3. ff. de peric. & commodo, l. illud 13. §. 1. ff. de liber. caus. l. 1. §. final. ff. de positi, l. final. ff. ad leg. Aquil. l. 1. §. 4. ff. de obl. Et act. l. cum quo 14. §. an pater 10. & §. si res 14. l. qui injuria 33. §. 1. & 2. l. si is qui rem 59. l. si is cui 77. ff. de furto, Paulus lib. 2. sentent. tit. 4. Illustrant ultra congestos in praesenti à Bar. D. D. Gonzal, in Decretal. Tom. III, Pars I.

bola & Garahna Petrus Gregorius lib. 23. syn- tagm. cap. 1. num. 1. Mozius de contract. tit. de commodat. cap. de divis. num. 3. Madera animadvertens. cap. 17. num. 7. Rebellus de oblig. justit. 2. p. lib. 16. de commodat. quast. univ. num. 1. Azor p. 3. instit. lib. 7. tit. de commodat. cap. 7. Lessius lib. 2. de justitia, cap. 7. dub. 2. Hermosilla in l. 2. tit. 5. part. 5. glos. 2. Cujacius lib. 9. observ. cap. 24. & ad tit. C. commodati, P. Faber, & I. Gothofredus in l. contractus 26. ff. de reg. jur. Petrus Gregorius lib. 3. partit. ut. 6. Bocerus com. 1. disputa. 9. Ferro Manrique de different. utriusque fori. quast. 31. Lelius Mancinus lib. 1. de tripl. jura colat. cap. 31. Tapia lib. 2. casu. mor. lib. 5. quast. 27. art. 6.

Sed haec assertio ita illustrata difficilis redditur sequenti juris consideratione; nam commodatum simile est precario, l. 1. ff. de precar. quia solum accipiens utilitas versatur, tam in uno, quam in alio negotio: sed in precario tantum qui precario rem accepit, ex dolo, & lata culpa tenetur, l. quastum 8. §. 35. & 6. ff. de precar. l. contractus 23. ff. de reg. jur. Igitur similiter in commodato, qui rem utendam accepit, tantum ex dolo, & lata culpa teneri debet. Augeretur haec difficultas, primò ex eo; nam commodatum levem tantum culpam praestare, probatur ex l. in rebus 18. §. at si utriusque, ff. commodati; immò tantum de lata culpa ipsum teneri, docetur in l. si in certo 5. §. interdum, ff. hoc tit. Igitur non semper commodatarius tenetur levissimam culpam praestare. Augeretur secundo haec difficultas ex quodam fragmento relato à Pitheco in collatione legum Mosaic. tit. de deposito, §. 1. ubi docetur, commodatarium dolum, & culpam praestare, depositarium vero tantum dolum; & rationem reddit IC. his verbis: In commodati contractu, quia utriusque contractionis utilitas intervenit, utrumque praestabitur, in depositi vero cum sola deponentis utilitas versatur, ideo dolum tantum praestatur. Quae verba ita emendat Glib. l. inus lib. 3. de usur. cap. 4. artic. 2. In commodati contractu, quis vel solus accipiens, vel utriusque utilitas versatur. Ergo non rectè in praesenti docetur commodatarium etiam levissimam culpam praestare teneri.

Qua difficultate ita fulcra non obstante, vera est praesens constitutio, in qua, & in cap. final. de Deposito & deposito, agit Gregorius noster de praestacionibus eius partibus in contractibus commodati, & depositi, de quibus ex professo differunt Consultus in l. contractus 23. ff. de reg. jur. ubi adeò perlonga commentaria ediderunt Cinus, Campanus, Martinus Delrio, Gitanus, Bocerus, Conradus, Ritherutius, Petrus Faber, & Jacob. Gothofredus, ut non parum studiosè juventuti me profuturum aliquando existimaverim: si ea ad epitomen redacta majori claritate dederim. Et primò de dolo, culpa, & ejus partibus, nec non casibus fortuitis videamus. Dolum ergo ita diffinit Servius: Dolum est machinatio alterius decipiendi causa cum aliud simulatur, & aliud agitur. Sic in l. juris 7. §. dolo, ff. de pact. quae diffinitio placuit Pedio ibi, Paulo lib. 1. sent. tit. 8. §. 1. D. Lidoro lib. 5. origin. capite 26. Et Iustinianus in l. confemius, ultim. §. sin autem ignorans 1. C. de litig. lib. 8. tit. 37. dolum machinationem dixit. Et licet Labeo impugnandi alios avidas

Bb 2 hanc

Handwritten notes in the right margin, including the word 'REZA' and other illegible characters.



hanc definitionem notasset ; quia supererat ea verba, *cum aliud simulatur, aliud agitur* ; cum etiam vitandi periculi causa aliud simulati, & aliud agi possit : tamen definitio Servii melius rem explicat. Quare Ulpianus dem in l. 1. §. dolum 2. ff. de dolo, Labconis diffinitionem approbavit, Servii tamen Sulpitii definitionem non improbat, quasi apertius diceret, Ego non puto Servium aliter definiisse, ut alibi dixit Javolentus in l. si is qui 27. ff. qui testaments : notavit Vultejus lib. 2. de judic. cap. 7. numero 604. Dolus ergo malus, qui simpliciter dolus dicitur in l. 1. & passim ff. de dolo, cui fraus mala inest, dicitur in l. 1. §. dolo, juncto D. Iosepho de Retes lib. 8. proficitur a consilio, calliditate, fallacia, machinatione; quæ tria conjunguntur cum dolo malo in l. 1. ff. de dolo, dicitur l. 1. §. dolo : ex insidiis, quo modo legendum esse quidam contendunt in l. dolum 6. C. de dolo, datâ operâ, seu absconditâ machinatione, dicitur l. justum 4. C. de litig. unde dolus hic in delictum, & crimen vergit, l. 3. §. nunc videamus, ff. de suspect. tut. l. 1. §. is quoque, ff. de verb. obl. ideoque contrarius est bonæ fidei, quæ in omnibus contractibus, quibus vitæ societas continetur, præstanda est, l. 4. C. de obl. & act. l. bona fides 31. ff. de positi, l. si mandata 59. §. 1. ff. mandati, l. si dolo 5. C. de resind. vendit. Deinde sciendum est, quod culpa est imperitia, seu imprudentia, ob quam homines circa res alienas vel negligunt quod fieri oporteat, vel faciunt quod fieri non debeat. Dolo nemo facit nisi sciens, & prudens, l. lege 7. ff. ad leg. Cornel. de sicar. Culpæ verò reus est imprudens. Donatus ad Terentium ibi: Dolus est, si sciens laesimus; culpa si nescientes: alterum sceleris, alterum stultitiæ est. Datur culpa circa res alienas, quia cum quilibet rerum suarum moderator, arbiterque sit, l. in re 21. C. mandati, circa res proprias culpa non committitur, l. etiam 18. §. 1. ff. solut. matrim. Culpa non potest dividi; nam quæcunque imperitia culpa est, & quanto major imperitia, tanto major culpa; nec tamen ideo est diversæ qualitatis, quia ut ajunt Philosophi, plus vel minus non differunt specie, l. fin. ff. de instrum. & instrum. l. is cui, ff. quem admodum servitute. Sunt tamen tres culpæ gradus, summus, medius, infimus, qui constituunt latam levem & levissimam. Lata est ad summum negligentiam, id est, non adhibere in rebus alienis eam diligentiam, quam adhibet in suis, quæ negligentior quis esse non potest, l. cetero 113. §. 2. l. late 233. ff. de verb. signific. l. 1. ff. si mensor falsum modum, l. 1. ff. de Magistrat. conveniend. l. penult. ff. de incendio, ruina & naufrag. l. 22. §. 3. ff. ad Trebel. l. 1. ff. de positi, l. 1. C. de hered. tutor. l. 2. C. de in litem jur. Eadem culpa dicitur latior in l. quod Nerva 32. ff. de positi: magna culpa in l. magna 226. ff. de v. s. l. 1. §. 5. ff. de obl. & act. gravior in l. 54. §. 2. ff. de acquir. rer. domini. dissoluta in l. si fidejussor 29. ff. mandati, l. 55. ff. de adilit. edict. ignorantia deperdit hominis in l. 3. §. 1. ff. de jur. & fact. ignor. Exempla hujus latæ culpæ, tam ex civilibus, quam criminalibus causis refert Jacob. Gothofredus in l. contractus 23. pag. 110. ff. de rei vind. Quoad præstationem in contractibus hæc lata culpa dolo proxima est, l. 1.

§. non alius 2. ff. si is qui testament. liber. l. 1. §. 1. ff. si mensor falsum: immò lata culpa dolo dicitur in l. quod Nerva, 32. ff. de positi. Sic verò describitur lata culpa, quando opponitur negligentia: at quando accipitur pro ignorantia, opponiturque scientiæ, tunc lata culpa est ignorantæ, vel non observare quod omnes in civitate sciunt: exempla peti possunt ex l. 11. §. prohibere 3. ff. de insti. l. 9. §. sed facti 2. ff. de jur. & fact. ignor. Levis culpa est cum quis eo modo diligens non est, ut plerique frugi homines esse solent; & culpa absolute prolata, de hac levi intelligitur, l. si servus 50. §. cum quidam, ff. de legat. 1. §. 4. Insti. tue. de suspect. tut. l. in venditionem 8. §. penult. l. Prator 9. §. est pratorica, ff. de rebus auctori. judic. l. si cum venditor 13. §. ultim. cum l. sequenti ff. de pignorat. act. l. hæredes 25. §. non tantum 16. ff. famil. ercisc. l. 5. §. 3. ff. de in litem jur. l. si ut certo 5. §. 2. ff. commodat. Quandoque tamen exprimitur culpa levis ad distinctionem lata, ut in l. cum res 47. §. culpa, de legat. 1. dicitur l. mulier 22. §. 3. ff. ad Sc. Trebel. Levissima culpa est, cui opponitur exactissima diligentia & quam adhibere solet non quilibet, sed diligentissimus paterfamilias: exactissima diligentia vocatur in l. socius 72. ff. pro socio; frequentius verò diligentissima nuncupatur, dicitur l. si ut certum 5. §. commodato, dicitur l. si cum venderet 13. §. 1. l. custodia, ff. de periculo & commodo 3. l. 17. §. si communis, ff. de præscript. verb. Et licet sint nonnulli, qui hunc levissimæ culpæ gradum rejiciant, tamen illum agnoscunt, & defendunt P. Faber, & Gothofredus in dicitur l. contractus, D. Joannes Suarez ad leg. Aquilianam, lib. 3. cap. 6. Levissimæ culpæ adjungi solet custodia, quæ etiam præstatur in rebus alienis, §. 3. Insti. de emptio. dicitur l. si ut certo 5. §. 5. & dicitur l. si cum venderet 13. ff. de peric. & com. l. si ut 19. C. de pignor. l. 3. ff. de periculo & commodo. Superest ut de casibus fortunæ agamus; casus enim fortunæ sunt qui à nullo præcaveri possunt, qui vis major dicitur in l. ex conditio 15. ff. locati; fatalia damna in l. 52. §. damna, ff. pro socio: quare extra disputationem sunt, quia bona fides non patitur, ut à contractibus præstentur, l. qui fortunæ 6. C. de pignorat. l. a procuratore 13. C. mandati; h. in iudicio 18. C. locati l. in rebus 18. ff. commodati, l. si fidejussor 32. ff. de negot. gest. l. si mercator 25. §. vis major, l. 1. §. 7. ff. de administr. rer. l. 1. §. is quoque, ff. de obl. & act. l. 1. C. commodati, l. 1. C. de positi, l. 4. C. de peric. tutor. nisi nominatum convenerit, ut omnem periculum ad debitorem spectet; tunc enim & fortunæ casus præstentur, l. 1. §. sape 35. ff. de positi, l. 29. ff. mandati, ut si generaliter periculum quis suscipiat, l. jurus 7. §. sed si quis 15. ff. de pactis l. si quis 9. §. si quis, ff. locati; nisi sint casus insoliti, & inopinabiles, de quibus credi non potest contrahentes præstentur. Qui tamen casus fortunæ dicantur, exponit Gothofredus ubi supra, Olsvaldus lib. 16. Donell. cap. 3. littera E.

His suppositis circa culpam, ejusque gradus sciendum est, in quibus contractibus dolus, in De his præstationibus in contractibus contra



contractus, qui solius dantis gratiā contrahuntur, in quibus dolus, & lata culpa dumtaxat præstantur, ut in deposito, §. *præterea*, *Instit. quibus modis re contrahitur*: nam licet Prætor edicto suo tantum cavisset de dolo præstando, l. 1. §. 1. ff. *depos.*; tamen Celsus Nervæ opinionem secutus, latam culpam præstari oportere ex mente Prætoris existimavit, l. *quod Nervæ* 32. ff. *depos.* Notandi tamen sunt casus singulares propo-  
 sitioni in l. 1. §. *idem Pomponius, in fine*, ff. *depos.*, & l. 8. §. *final. de opt. legata*. Ex eadem regula provenit, ut melior tantum ex dolo & lata culpa teneatur, l. 1. §. 1. ff. *si mensur*; quia cum ille contractus non sit, sibi debet imputare dominus, si modicum menforem a libuit: idem dicendum est in proxenia, seu contrahentium conciliatore, l. 2. ff. *de proxenitis*. Ex eadem regula exponendi sunt textus in l. *si servus* 108. §. *cum quid*, ff. *de legat. 1. l. mulier* 22. §. *sed enim*, ff. *ad Sc. Trebel. junctis Petro Fabro*, & Gothofredo in *dist. l. contractus*. Secunda regula videtur circa contractus, qui utriusque gratiā celebrantur, in quibus dolus, lata, & levis culpa præstantur, l. *si ut certo*, §. *nunc est videndum*, ff. *commodati, dist. l. contractus*, l. *si servus* 108. §. *cum quid, de legat. 1. Bronchorst centur. 2. in antioch. assert. 33*. ut contingit in contractu emptionis, & venditionis, §. *cum autem*, *Instit. de emption. l. venditor* 36. ff. *de act. empti, l. cum qui* 14. l. *si vendidero* 80. *de furtis*: latè exponit D. Nicolaus de Castro in §. 1. *Instit. de emptione*. Idem contingit in locatione; locatio enim utriusque gratiā perficitur: ergo conductor tenetur locatori de dolo, & levi culpa non amplius, l. 3. §. 1. ff. *nauta, campones*, l. *si quis* 9. §. *si colonus*, l. *videmus* 11. l. *item* 13. *per totam*, ff. *locati*: quo modo custodiæ verbum accipiendum est in l. 5. ff. *nauta, campones*, l. *quicunque* 40. ff. *locati*, §. *ultim. Instit. de ed. titulo*: ubi diligentissimus, pro diligentia, apponitur, ut vulgò notatur, nisi rei qualitas exactissimam diligentiam exposcat; ut in casu textus in l. *si merces* 25. §. *qui coluamam*, ff. *locati*, vel nisi artificium conductum sit ejus, qui illud publicè proficitur, nam talis peritissimum se præbere debet; & ideo de levissima tenetur, l. *si quis* 9. §. *Celsus*, ff. *locati*, l. *si servus* 27. §. *qui calicem*, ff. *ad leg. Aquilam*, doctè Suarez ad *legat. Aquil. lib. 2. cap. 2. sect. 12*. Socius etiam locio de levi culpa tenetur, quia utriusque gratiā societas contrahitur, l. *cum duobus* 52. §. *utrum*, ff. *pro socio*, §. *ultim. Instit. eod. titulo*. ideo si communiter est diligens, sufficit si adhibeat eam diligentiam, qualem suis rebus adhibet, nec ad exactissimam tenetur; namque imputet sibi socius, qui parum diligentem socium optavit, l. *socius* 72. ff. *pro socio*, quæ sic intelligenda est, omisso *Madera anim. adv. cap. 17*. Idem dicendum est in communione, veluti si duobus eadem res legata sit, nec adhuc actum sit iudicio communi dividendo; tunc enim unusquisque dolum, & levem culpam præstat, quia utriusque refert rem communem salvam esse, l. *et puto* 16. §. *sed est*, ff. *famil. eresc.* Talem ergo diligentiam præstabit, qualem rebus suis adhibet, dummodo ipse communiter diligens sit: textus ita intelligendi in l. *heredes* 25. §. *non tantum*, ff. *famil. eresc. l. si cum quo* 20. ff. *commun. divid.* D. D. Gonzal. in *Decretal. Tom. III. Pars. I.*

l. *si major* 4. C. *eod.* Idem creditor debitoris propter pignus, quod ab eo accepit, de levi tenetur, quia utriusque gratiā res pignori datur, l. *ea igitur*, ff. *de pignorat.* §. *ultim. Instit. quibus modis re contrahitur*, l. *si creditor* 5. l. *creditor* 7. C. *de pignorat.* & ideo si post creditam pecuniam sine pignore pignus detur, quia solius creditoris causâ datur, debitor enim jam pecuniam invenerat, de levissima etiam tenetur, l. *si cum venderet* 13. §. 1. ff. *de pignorat.* l. *si nulla* 8. C. *eodem, l. sicut* 19. C. *de pignor.* quas ita accipio cum Cujacio *lib. 19. observ. cap. 24.* & in l. 7. C. *de pignoratitia*. Excipiendum tamen est pignus prætorium, in quo dolus, & lata culpa tantum præstantur, l. *Prætor*, §. *est præterea*, ff. *de rebus auctorum. judic.* potuit enim debitor comparando vitare pignus hoc; unde de se queri debet si res percat. Etiam in dote, quia utriusque conjugis gratiā accipitur, l. *servo* 69. §. *si testator*, ff. *de legat. 1. maritus* in rebus dotalibus inæstimatis culpam levem præstat, l. *in rebus* 17. ff. *de jure dot.* l. *etiam* 18. §. 1. l. *si constante* 24. §. *maritus*, l. *in bu* 66. l. *ultim. ff. solut. matrim.* In rebus autem æstimatis etiam casus fortuitos maritus præstat, quia dotem æstimatam debet tanquam as alienum, l. *plerumque* 10. l. *si rem* 14. *cum sequent.* ff. *de jure dot. junctâ l. incendium*; ff. *si certum peratur*. Tandem hæc regula procedit in contractibus innominatis, l. 17. §. 1. l. *apud* 20. §. *ultim. ff. de præscript. verb. l. cum quo* 10. §. *final.* ff. *commodati*, juxta cuius §. distinctionem accipiendi sunt textus in l. *duo* 23. ff. *de præscript. verb. l. rem* 73. ff. *de furtis*: quod procedit cum aliquid accepti ut faceres, non verò si accepisti ut dares; nam si pecuniam tibi dedi, ut Stichum mihi dares; & Stichus sine ulla culpa decesserit, pecuniam repetam, l. *ultim. ff. de condict. causâ dantâ*; cum etiam vivet Stichus, possem pecuniam repetere, quia licet pœnitere, l. *si pecuniam*, ff. *edict. titulo*. unde cum patrio nostro jure in his contractibus, sicut in aliis innominatis, non liceat pœnitere, l. 2. *titul. 16. lib. 5. recopilat.* docet Gomez *lib. 2. variar. caput 8. numero 4.* ideo mortuo Stichus in casu relato debitor liberatur.

Succedit tertia, & ultima regula contractuum, qui solius accipientis gratiā celebrantur, in quibus ob eandem rationem levissima culpa præstat, *dist. l. si ut certo* 5. §. *veluti in commodato ff. commod.* de quo in præsentibus, & in iuribus supra pro ejus illustratione adductis. Etiam hæc præstatio levissimæ culpæ aliquando irregularis est, quia nonnunquam magis propter bonam fidem exigitur, quàm propter utilitatem in hac regula expensam, ut contingit in mandato, in quo etiam nullum verteretur damnum mandatarii, tamen ipse ob bonam fidem exactissimam diligentiam præstat, l. *à procuratore*, l. 4. l. *in re* 21. C. *mandati*: quo modo exponendi sunt textus in l. 51. *procuratorem* 8. §. *ultim. l. si mandavero* 22. §. *ultimo, l. inter* 26. §. *sed cum*, ff. *eod. titulo*. Illi accedit negotiorum gestor, cujus incerta præstatio est: interdum dolum tantum præstat, veluti si plura affectione, ne bona perirent, accessit, l. 3. §. *interdum*, ff. *de negotiis gestis*. Donellus *lib. 15. cap. 15.* nonnunquam culpam levem, l. *si negotia* 11. ff. *hoc est. junctò Olivaldo*



ad Dovel. ubi proximo littera D. sapientius  
levissimam, §. 1. *Instit. de obligat. qua ex qua-*  
*si contractu*, præcipue si alius diligentior acce-  
debat, *l. si pupilli 6. §. ultim. ff. eodem*, inuò &  
aliquando gestor præstat casum fortuitum, ve-  
luti si fecit novum negotium quod abiens facere  
renon consueverat, *l. sed 10. l. si negotia 11. ff.*  
*eodem*. Idem dicendum est de tutore, quem tan-  
tùm casus fortuiti excusant, *l. 4. C. de pericul. tut. l.*  
*si sane 32. §. 1. l. si res 50. ff. de administr. tut.* Sed  
quia plerunque diligentissimi tutores eliguntur,  
& desidioli remouentur à tutela, tanquam su-  
specti, *l. 3. §. ultim. l. 7. ff. de suspecti*. ideo  
Consulit aliquando asserunt, tutorem præ-  
stare debere latam, leuemque culpam, *l. 1.*  
*C. de hered. tutel. l. tutor 7. §. 2. l. qui plu-*  
*res 41. l. 57. ff. de administr. tut. l. tutor 28. ff. de*  
*tutel.*

7.  
De presta-  
tionibus  
ex pacto.

Hucusque de præstationibus, quæ veniunt  
ex natura contractus, interdu verò plus mi-  
nusve in singulis ex partium conventionione præ-  
statur; potest enim conveniri ut culpa, & di-  
ligentia præstentur in iis contractibus, in qui-  
bus ex sua natura, vel dolo tantum, vel præter  
dolum culpa tantum præstanda venit; vel è con-  
tra, ut in illis contractibus, in quibus levis, seu le-  
vissima præstatur culpa, lata tantum veniat: quæ  
doctrina generaliter traditur in *dist. l. contractus*  
*17.* & specialiter de deposito in *l. 1. §. si convenit*  
*6. §. si 35. ff. de positi*, *l. 1. C. eod. tit. l. C. Ari-*  
*stoni 39. ff. mandati*, *l. 7. §. si quis*, *ff. de pa-*  
*ctis*: de mandato in *dist. l. C. Aristoni*: de com-  
modato in *l. 1. C. hoc tit.* de emptione in *l. fistula*  
*78. ff. de contrahend. emption. l. 1. C. de periculo*  
*ES commodo*: de locatione in *l. si quis domum 9. §.*  
*2. l. 13. §. 5. ff. locati*: de pignoris donatione in *l.*  
*6. C. de pignorat.* id verò convenite inter contra-  
hentes nequit, nedolus præstetur, *dist. l. juris 7.*  
*§. illud. ff. de pactis*, *l. 17. ff. hoc tit.* impunitate  
enim concessa homines ad delinquendum invi-  
tarentur, *dist. l. juris 7. §. sed si quis*: unde de  
dolo præterito pacisci licet, *l. si unus 27. §. pacto*,  
*ff. de pactis*: si verò quis pacificatur, ne depositi  
agatur, etsi conventum videatur ne de dolo  
agatur, valet conventio, quia expressa nocent, non  
expressa non nocent, *l. si unus 27. §. illud*, *ff. de*  
*pactis*.

8.  
Dissolvitur  
dubitandi  
ratio.

Nec obstat dubitandi ratio supra adducta,  
petitaque ab exemplo precarii; nam licet in  
pluribus commodatum cum precario conve-  
niat, pluribus tamen differt. Primò, quia  
commodatum juris civilis regulis firmatur,  
*l. juris 7. §. 1. ff. de pactis*; precarium autem in  
terminis juris gentium subsistit, *l. 1. §. 2. ff. de pre-*  
*cario*. Ex commodato nascitur ultrò citroque  
obligatio, *l. in commodato 17. §. sicut*, *ff. hoc*  
*titul.* ex precario verò non item, *l. quantum 8.*  
*§. cum 3. ff. de precario*. In commodato posses-  
sio rei nunquam transit in commodatarium,  
*l. rei commodata 8. ff. hoc titul.* in precario verò  
plerunque dum possessio rogatur, *l. et habet 15.*  
*§. 4. ff. de precario*. Hæres commodatarii in soli-  
dum tenetur, etsi nihil ad eum pervenerit, *l.*  
*ex contractibus*, *ff. de obl. et act.* hæres verò ejus,  
qui precario rogavit, in tantum, quatenus ad  
eum pervenit, *l. 8. final. ff. de precar.* Com-  
modatum non nisi finito usui, ad quem datum  
est, revocari potest, *l. 17. §. 3. hoc titul.* pre-  
carium autem quandocunque revocari valet, *l. 1.*

*l. 2. §. 2. ff. de precario*: quas, & alias differencias  
agnoverunt Cujacius *lib. 23. observ. cap. 27.*  
Trentlerus *volum. 1. disput. 24. thesi 5.* Viccius  
de *posse. duor. quaest. 8. in princip.* unde cùm  
æqualem naturam precarium, ac commodatum  
non habeat, nec æquale præstationes retinet.  
Nec obstat primum augmentum ipsius diffi-  
cultatis; nam licet commodatarius regulariter  
teneatur de levissima culpa, tamen si utriusque  
contrahentis gratiæ res commodata sit, velu-  
ti si communem amicum ad cœnam invitaveri-  
mus, tuque ejus curam suscipias, & ego tibi ar-  
gentum commodaverò, hoc casu culpa tantum  
levis præstatur, *dist. l. in rebus 18.* Item si com-  
modatoris tantum gratiæ commodatarius accep-  
cit rem, de dolo, & lata culpa solum tenetur, *dist.*  
*l. si certo*, §. *interdum*, quem eruditè exponit  
Cujacius *lib. 9. observ. cap. 14.* Quid tamen in  
foro conscientie consulendum sit, exponit Ferrò  
Mantique de *different. utriusque fori, quest. 31.*  
Nec tandem obstat locus Modestini à Pitheo  
compilatus; nam in eo mendum dari, jam obser-  
vavit Hothomanus *lib. 4. observ. cap. 14.* quare le-  
gendum ita esse, *In commodati contractu, quia vel*  
*solum recipientis, vel utriusque utriusque versatur*; exi-  
stimavit Gibalinius *dist. cap. 4.* sed facilis locus  
ille corrigi potest si legatur, *In commodati contra-*  
*ctuum (vbi quoties) utriusque contrahentis utili-*  
*tas intervenit, utrumque præstatur*; ita ut Mode-  
stinus referatur ad casum, in quo commodatum  
utriusque gratiæ celebratum est.

Adhuc superiori assertioni obstat textus in *l. §.*  
*cum venderes 19. §. 1. ff. de pignor.* in illis verbis:  
*Veni autem in hac actione ES dolum, & culpa, ut*  
*in commodato venit ES custodia, vis major non ve-*  
*nit.* Ex quibus deducitur, easdem præstationes  
dari in commodato, ac pignore; sed in pignore,  
quia utriusque gratiæ accipitur, levissima culpa  
non præstatur: igitur ne in commodato Cui diffi-  
cultati duplici modo responderi potest. Primò  
asserendo verba illa, *ut in commodato*, non esse re-  
ferenda ad illa priora, *dolum & culpa*; sed ad illa  
postrema, *venit ES custodia*. Secundo dici po-  
est, Ulpianum in eo textu agere de comodato  
utriusque gratiæ celebrato, quo casu rectè proce-  
dit æquiparatio comodati, & pignoris, & utro-  
que casu dolum, & levis culpa præstabantur: do-  
cuerunt Cujacius in *l. 7. C. de pignorat.* Gotho-  
fredus in *dist. l. contractus, fol. 130.*

Deinde obstat textus in *l. 1. §. ultim. ff. de*  
*positi*, in illis verbis: *Quia autem dolum dum*  
*taxat in hac actione venit, quantum est, si heres*  
*rem apud testatorem depositam, vel commodatam*  
*distraxit, ignarus depositam, vel commodatam,*  
*anteneatur? ES quia dolo non fecit, non tenebi-*  
*tur dere.* Ex quibus ita insurgo: In depò-  
sito, quia deponentis gratiæ contrahitur; do-  
lus tantum præstatur, ut supra probavi: sed  
æquiparatur ab Ulpiano casus depositi cum  
commodato: igitur quia in commodato do-  
lus tantum præstatur. Cui difficultati duplici  
modo satisfacit Arias à Mesa *lib. 1. var. cap.*  
*34.* Primò reponendo pro verbo *commodatam*,  
verbum *commendatam*, cum nihil aliud sit com-  
mendare quam deponere, *l. Lucius 24. ff. de*  
*positi*, *l. commendare 136. ff. de v. f. ubi Cujacius*  
*Fornerius & Gentil. Connanus lib. 7. comment.*  
*cap. 4. Donellus in rubric. C. de positi, num. 7. unde*



in l. Et si quis 14. §. impensa, ff. de relig. & apud Paulum relatum à Cujacio lib. 21. observ. cap. 23. commendare corpus defuncti nihil aliud est, quam deponere ad tempus, donec iusta solvantur: notarunt Gutherus lib. 3. de iur. manium, cap. 25. Cujacius lib. 11. observ. cap. 11. Hothomanus lib. 4. observ. cap. 14. Fortnerius lib. 3. ver. quod, cap. 6. Savarius ad Sironium lib. 2. epist. 6. unde ea verba simul conjunxit D. Ambrosius lib. de Tobia, cap. 20. ibi, Commodatum autem, & depositum, quod custodiatur: & in collatione Lucini Rufini tu. 10. de deposito, & commutato: quo modo etiam legendum est in cap. ius nasu-

turale, l. dist. Secundo satisfacit animum, 26. idem Ulpianum de dolo egisse, quia in libro 30. ad Edictum, ex quo desumptus est textus ille, egerat tantum de dolo, l. ei apud §. l. si hominem 7. §. 1. ff. de positi. Nec æquiparatio illa tenet in omnibus, sed tantum in casu relato; ita ut sicut hæres ignorans distrahendo rem depositam dolum non committit, ita nec alienando rem commodatam; quia qui ignorat, dolo caret, l. sed est 25. §. scire, ff. de petit. hæred. latius prosequitur ipse textus interpretationem Arias de Mesa dicto cap. 34. & 35.

## TITVLVS XVI

## Depositum.

## CAPVT I.

Alexand. III. (a) Lugd. Episcopo.



Ravis illa, & odibilis querimonia, quæ usque ad nos super deposito tuo tibi hæcenus denegato pervenit, duplici nos anxietate perstringit, eo quod tibi in hoc & deesse non possumus, & adesse prout velles, efficaciter non valeamus. Cùm enim non constet nobis, pecuniam tuam, quam ille vir (b) Belial impius, & detestabili surreptione furatus est, in utilitates Ecclesiæ (c) conversam, non debemus de jure, nec possumus contra canones ejusdem Ecclesiæ præcisè intrentare justificationis instantiam, ut tibi eandem reddant; (d) personæ, ut dicunt, non Ecclesiæ commendatam. Quocirca discretioni tuæ consulimus, & in æternæ charitatis diligentia suademus, ut in raptorem illum, & furem tuam interim dirigas actionem, eo quod, ut audivimus, loculos habet, & ea quæ tibi sunt subrepta, portavit: nam & nos ipsi venerabilibus fratribus nostris Senon. Archiepisc. A. S. L. & Parisiensis Episcopo dedimus in mandatis, ut iniquum sub duris (e) quæstionibus ad rationem ponant, & etiam si oportuerit, vinculis macerent alligatum, & affligant, ut cogatur bene ligatus reddere, quod malè dissolutus ausus est asportare. Cæterum circa Ecclesiam illam affectum te habere volumus, ut nihil ab ea requiras indebitum: si autem cum eis amicabilem poteris (f) de reddituum perceptione pacisci, noveris id nobis acceptum.

## NOTÆ.

(a) **L**ugdun. ] In sexta collectione, & post Concilium Lateran. p. 59. cap. 35. legitur London. sed rectius in prima collectione, sub hoc titulo cap. 2. legitur Lugdun. nam etiam Senonensis, & Parisiensis Prælati, de quibus in præfenti agitur, sunt in Gallia, non autem in Anglia. Guichardo Præsuli Ecclesiæ Lugdun. de quo plura tradit Jacob. Steubechius in chron. Præsulum Lugdunensium, missa est præfens epistola, ut refert Manrique tom. 3. annal. Cisterc. anno 1189. cap. 5. num. 8.

(b) **Belial.** ] Aliqui affirmant hoc nomen proprium esse illius Canonici, qui pecuniam apud se depositam surripuit; & inde varia de præfumptione ex improbo nomine deducenda, tradunt plures congesti à Barbosa in præfenti, ut

etiam ex probò nomine virtutem, fortitudinemque præsumi probat Salbagnus ad Ovidium in Ibm. vers. 98. fol. 66. Sed verius credo, Alexandrum Canonicum illum ita appellasse, quia fuerat fur; nomen enim hoc hominem improbum significat. D. Hieronymus in cap. 28. Isaie, ibi: Belial, id est, apostata, pravicator, & absque jugo; unde Apostolus 2. Corinth. cap. 6. vers. 15. Quæ, inquit, communicatio Christi ad Belial? Et ubicunque septuaginta exponunt filios pestilentia, in Hebraico scriptum est, filii Belial. Unde & illud, quod in Psalmo 38. vers. 23. canitur de mysterio Salvatoris, filius iniquitatis non apponet nocere ei; in Hebraico dicitur, filius Belial. Sanctus Pagninus in thesauro, ibi: Cum Beli conjungitur laal, & fit Belial, quod significat impium, aut impietatem. Meccerus etiam in thesauro, ibi: Belial significat hominem nequam.

B b 4